…um Beatus Nicolaus de [illegible] nata apud foederatos Sylvanios, atque etiam Helvetios,
non solum vitae Sanctimoniae et Sapientiae laude, sed singulari quoque et nunquam
interrupto erga Patriam studio, commendandus et venerandus venit; operae pretium
est, Hermanni quoque Imgrund, Lucernatis, illustris Heremitae amici [illegible] et
cogitationum [illegible] interpretis, memoriam inducere. Hunc enim, tunc temporis [illegible]
chum Stansensem, Vir Dei, ob eximiam pietatem, et sacrarum rerum peritiam,
tam magna aestimatione prosequebatur, ut tanquam patrem suum unice amaret, et
nunc eius consilia exposcere, mox illi absentium et futurorum prognostica et visio=
nes beatas revelare soleret. Notum omnibus est, dissensiones illas, sub finem belli Bur=
gundici inter Helvetios exortas, ex Nicolai consilio et auctoritate pacatas fuisse, nam
cum in comitiis Stantiae frequenter habitis, illas componere nullatenus valerent, et
parum abesset, quin ferro decernerentur, tunc Hermannus noster, velocitatis alas in=
duer [illegible] noctu [illegible] ad Heremitam [illegible] etc.